

4322 = I p. 267; 4417 = I p. 47; p. 53; p. 58; III p. XXXIII*; 5141 = I p. 175 adn.; 5216 (sic!) = V p. VII*; 5228 = I p. 174; 6018 = IV p. X*; p. XIII; 6925 = I p. 20; III p. XXVIII; Ottobon. 1757 = I p. 174; 2231 = I p. 173; 2331 = I p. 174; Palat. 1467 = 175 adn.; 1773 = I p. 20; p. 267; III p. XXX*; V p. XIII; p. XXI; 1774 = III p. XXX; 1777 = I p. 191; Reg. Christ. 215 = I p. 148; V p. XXXII*; 227 = V p. XXXIII*; 310 = I p. 90; IV p. XXXIV*; 566 = I p. 138; 1048 = V praef. p. XXXI; 1260 = I p. 47; 1392 = I p. 174 adn.; p. 196; 1482 = I p. 174; 1590 = I p. 196; 1650 = I p. 99; Urbin. 304 = I p. 174; Vallicell. B 31 = II p. XXX; p. XXXI; B 45 = I p. 175; bibl. Vict. Eman. sub no 17 = IV p. VIII adn. — Rothomenses (Rouen) 1020. 1021 = I p. 173; 1022 = I p. 173; 1023. 1024 = I p. 191; 1025 = I p. 191.

Codex 'abavus' Salomonis = IV p. XXXVII. — S. Crucis cf. sub C. — Sangallenses 226 = I p. 100; 397 = I p. 233; 902 = I p. 17; III p. VIII*; 905 = V p. XXIII*; 908 = IV p. XXVI*; p. XXVIII; 912 = I p. 125 sq.; IV p. XV*. — Sarisberiensis 144 = I p. 192. — Seidenstettensis = I p. 103. — Senensis F V 8 = I p. 53; III p. XXXII*. — Stephani codices 'Hermeneumatum' = III p. XIV sq. Stephani editio anni 1573 = II p. XV*. — Stuttgardienses phil. 2 = I p. 192; 3 = I p. 191; Q 56 = I p. 205; poet. et phil. fol. 21 = I p. 192.

Taurinensis bibl. nat. E. V. 44 = IV p. XXXVII. — Trecenses 160 = I p. 173; 531 = I p. 191; 539 = I p. 173; 1075 = I p. 191. — Folia Tremoniensa I p. 192. — Trevirenses 40 = I p. 20; p. 188; 1126 = I p. 191. — Turonenses 850 = V p. XXIV*; 851 = V p. XXV; 853 = I p. 191; 854 = I p. 196.

Valentinianenses 396. 397 = I p. 173; 379. 380 = I p. 174. — Venetus Bess. 497 = I p. 102. — Vercellenses 62 I = V p. XXIV*; 177 = I p. 191. — Vimariensis sub Hs Fol. 65 = I p. 261. — Vindobonenses 89 = IV p. XXXVII*; 894 = I p. 206; 1312 = I p. 196; 1454 = I p. 191; 2276 = I p. 168; 2339 = I p. 191; 2404 = IV p. XI*; V p. XXIX*; 5167 = I p. 241; 5373 = I p. 192. — Vindocinenses 113 et 113^{bis} = V p. XXIV*. — Vratislavienses Hugucionis = I p. 191; p. 194; Pseudapulei = I p. 53. 55.

Fragm. Wirceburgense = IV p. XXXI.

Zwettlensis 1 = I p. 19; cf. I p. 168.

CAPVT XXVI. SVPPLEMENTVM

§ 66. Codex archivi 'de la corona Aragon' Barcelonensis (Ripoll 74) 156 foliorum saeculi decimi varias glossematum collectiones continet, velut in fol. 19^{ra}: *Incipit sancta glossa. Abdicare alienare. Abo-*

lere in oblivione mittere. Abiectio desperatio vel repulsio. Aborreus discrepans et sic porro post 1500 fere glossas: Auctor ab augendo dictus . . . Venator quasi venapulator quod bestias premat (h. e. Isidori liber decimus, ut videtur). Secuntur haec: Scotica G. (h. e. Scolica Graecorum) glosarum glosa terc̃ Apocriphus grece latine dicitur secretalis . . . Glosa quarta. Aerarium dicebatur antiquitus ubi condebatur pecunia publica (ex Isidoro XVI 18,5). Sequitur maius glossarium. Hoc excipiunt glossae in sacram scripturam (in fol. 49^{va}); dein verba secundum proprietatem trium linguarum (in fol. 55^{ra}); graeca verba in latinum exposita: Agathos bonus e. q. s. Incipit glosa V^a (ab Advenit adest adveit ad Vafra callida artificiosa). In fol. 66^{ra} Incipit sexta glosa ex multorum genera verborum et nominum qualiter sumserunt exordium. Abitus ab alcendo e. q. s. In fol. 73^{rb} sqq. glossemata exstant de coniugiis, de homine et partibus eius e. q. s. ad omnes condiciones vitae humanae pertinentes usque ad fol. 140^{ra}). Dein post varia opuscula in fol. 156^{ra} incipit agnicio multorum nominum vel verborum ignorancium ab Infernus dicitur eo quod ibi animas peccatorum inferantur et inferte infra teneantur e. q. s.

Codicem Basileensem A III 17 saec. XV in fol. 380 sqq. Pseudo-cyrelli glossas continere ex eis quae Henricus Omont 'Centralblatt f. B.' III p. 406 attulit sero didici. Initium tale est: *Ἄαπτος* Intactus, *Ἀβαξ* Abbagus, *Ἀβαρης* Non gravis . . . *Ἰχρότης* Palliditas, *Ἰχρρωμέ- vos* Vallatus.

Codex Bernensis 83 in folio 17^r, in quo exstare breve glossarium Hagen p. 101 dicit, non tam glossas continet quam differentias satis viles. Glossas bilingues quas Hagen p. 102 catalogi commemorat idem Anecd. Helv. p. C sq. edidit.

Codex Bernensis A 91 inter multa alia loco duodevicesimo glossarium sic inscriptum continet: *IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CRISTI INCIPIT GLOSSARIUM ROBORATUM SUMMA AVCTORITATE*. Primo in loco sunt bilingua quaedam satis vilia, ut *Πρηπορητα* pulcritudo *ιδηα* forma *ηπιστιμιν* disciplinam habet autem nomen a discendo e. q. s. Secuntur in fol. 1^r glossulae velut *Praecurrere ante currere. Marsupium saculum numorum . . . Sonipes caballus dicitur a cavo pede. Equi dicuntur ab equalitate quia prisco tempore praevidebantur equi equales qui ad currum iungebantur . . . Diva divina; dein in fol. 2^r Agirastas grecarum acciones. Amartigenia de peccatorum origine . . . Aluncina vana somniaria . . . Anappa dr̃. quasi sursum lata. Anopa i- quem nos anaphum dicimus . . . Abigere est schicare inde abiectores schitorum . . . Vmbo umbonis quod rustice dicimus . . . Nam sicut palato discernimus dulcem rem et amaram ita per sapienciam bonum et malum. Submittitur in fol. 3^r—7^v glossariolum sic incipiens: *A litera in omnibus**

gentibus ideo prior est quia nascentibus iter prebet loquendi; multae glossae postea eadem manu adiectae, ordo litterarum saepe neglectus, sacra scriptura aliquotiens adfertur, Fulgentiana inseruntur, denique ab 8^o glossarum '*Absida lucida*' littera *a* ponitur, quae glossae etiam in Bernensi 357 exstant (cf. p. 185). Omnino potuerunt hae glossae negligi.

De codice Bernensi A. 92 particula 1 (15 folia; saec. IX) cf. I p. 160. Particula 2 (5 folia) exhibet in fol. 1^r A: *Sacelum templum modicum*... *Xanxis fluuius troiae*; in fol. 2^r B: *Avitum antiquum*... *Bruchus grillio* (!)... *Cloacae fosse dirivaturie*... *Mestitia tristitia FINIT LIBER* (nova paucissima insunt eaque vix utilia). Particula 4 (7 folia saec. X) haec habet: fol. 1^r *Basilei autem obanc causam vocantur quod tamquam bases populum sustineant*... (litterae *A* et *B* ex libro glossarum proveniunt, id quod iam ordo glossarum testatur; cetera aliunde sunt deprompta, in quibus plurima notissima, alia trivialia, pauca notabiliora, veluti haec: *Forceps dr̄ quod inde forvum vel formum capiatur id est calidum inde et formosus dr̄ eo quod ex calore corporis color procreatur pulcher*; *Glis bestia similis mure quam vulgo vullum vocant*; *Glaucoma oculorum quam vulgo cacidam appellant*; *Gramen genus herbe quam vulgo t'nūā dicimus*; explicit in littera *L*. Multa ex Prisciano fluxerunt multaque ad Prisciani verba spectare videntur. Cum hoc glossario vinculo artissimo coniunctum videtur illud, quod codex Bernensis 243 saec. X in fol. 1—9 continet (p. 283 catalogi): redeunt enim quae insunt partim ad Priscianum, partim ad Servium, partim ad Isidori Origines (glossae *Glis*, *Glaucoma*, *Gramen* in utroque codice exstant). Etiam theodiscae glossae aliquot insunt (*Merges collecti in unum manipuli quod garbam dicimus*; *Placenta genus edulii qui vulgo dicitur fla!*; *Castra ideo dicuntur quia ibi luxuria castrabatur siquidem nullo pacto feminam ingredi licebat in castra quod germanice heriberhg dicitur*), *Fiber bestia aquatilis id est canis ponticus qui vulgo bever dicitur*).

Cod. Bernensis 129 (Hagen p. 181) saec. XIV glossarium latinum exhibet quod '*scripsit frater iohannes de ronchoux monachus balm. in vigilia penthecostes finivit anno domini MoCCCCo duodecimo*'. Vocabula quae explicantur vel e sacra scriptura vel ex aliis libris christianis desumpta sunt. Cf. *Acommentarius sive acommentariensis dicitur quem nos ros* (!) *rustico sermone cancellarium vocamus qui praeest regio sigillo*... *Austeritas ventris dr̄ quod alio nomine constipatio vocatur. unde constipatus homo dicitur quem vulgo constivatū vocant*.... *Burgus vocatur plurime domus in longum ordinatum disposite. Burgarii vero qui in burgo commorantur qui vulgari nomine burgenses dñr*. . *Bubulcus vocatur boum custos qui vulgariter boarius dicitur*... *Connivere autem proprie significat nictare quod rustici dicunt cinnare i. oculos claudere*... *Significat autem*

conquinisco ut ipse prius dicit caput inclino unde dñm' ammonius in commento deuteronomii e. q. s. . .

Codex Bernensis 224 quem IV praef. p. XXX descripsimus praeter Affatim glossas duo glossariola continet, alterum ab *Amoenum iocundum* incipiens in fol. 193^b—196^a, in fol. 196^a—198^b alterum (*Affatim abundanter — Vescitur pascitur*). Hoc quod posteriore loco commemoravi tantum non ubique convenit cum glossis quarti voluminis; de priore conferenda sunt quae Vsener Mus. Rhen. vol. 23 p. 224 (= Ges. Abh. II p. 242) dixit. Plurimae glossae brevissimae sunt, maioris ambitus hae: *Democritus. abduritis civis fuit. quod est in alpis castella. hic democritus semper ridebat casus amaros nus* (exp. m. 2). *nam eracritus pius civis semper flebat cuiusquam causam hic loquitur dialecticus ille pithagoricus* (c s. scr. m. 2) *hic ambulat pimpaticus hi stat stoicus.*

Codex Bernensis 258 praeter ea glossaria quae edidimus (h. e. Affatim, Abavus, Avector, Ab absens) etiam alia continet quae neglegi posse putavimus. In quibus quod maioris ambitus est in fol. 131^b—153^a ab his incipit: *Ab oris a finibus, Arcebat prohibebat vetabat, Amendare a patria excolare*, sic autem explicat: *Zelum invidia, Zona cingulum*. Apographon confecimus: sed tamen cum multa cum glossis Affatim et Amploniano secundo communia habeat, non ausi sumus his glossis notissimis tot paginas implere. Ceterum simile glossarium exstat in cod. Leidensi Voss. lat. oct. 74, sed cui multa aliunde illata sunt; item in cod. Parisino nov. acquis. 763 saec. IX, de quo cf. Omont 'Not. et Extr.' XXXVIII p. 348 sqq. Quae secuntur in cod. Bernensi in fol. 153^a—159^v, in modum Synonymorum Ciceronis scripta esse merito dixit Hagen; cf. Anecd. Helv. praef. p. CXVIII adnot. His quod succedit in fol. 159^v ad 175^v glossarium ab *Arma pugnans* incipiens (ab *Arma bellum* incipit etiam glossarium Carnotense IV p. XXII) et usque ad *Vocabula nomina* pertinens abieciimus; pars enim litterarum A et B glossas 'Abavus' plenioris memoriae exhibet; his quae praemissae et submissae sunt glossae quamquam sui generis tamen indignae visae sunt quae ederentur. Etiam minora glossariola quae sub numeris 9, 12, 13 feruntur apud Hagenum consulto cum Loewio negleximus. De glossis 'Amoenum' cf. cod. Sangallensis 908.

Codicis Bernensis 286 saec. XI (cf. p. 308 catalogi) glossarium latinum breve, ut in quo nova non insint, negleximus.

Codex Bernensis 611 saeculi VIII duo glossariorum fragmenta continet, alterum male habitum et in prioribus quattuor foliis mutilatum a littera D usque ad Z pertinens, litteras A usque ad H comprehendens alterum. Priori glossario multae glossae cum codice Sangallensi 912 communes sunt; omnino notissimae sunt longe plurimae et

paucae exstant, ex quibus aliquid lucremur. Notabiliores sunt hae: *Linnit superunxit*, *Lupanar meretricum stupe ū habit*, *Mermis furmica*, *Monachus solatarius*, *Nurus bruta*, *Nutricii geruli*, *Opetuluncia sufragia*, *Olucris volucris*, *Psitium matta*, *Sertis ardua loca vel roccae in mare*, *Susurrio sineciosus vel bilinguis*, *Storiographus storia conscribens*, *Strio mimarius*, *Timpanistriarum cantabant vel conlaudabant*, *Toga flaus*. Alterum glossariolum 67 glossarum praeter vetustatem nihil habet quod oculos in se convertat. Apographon horum glossariolorum est in bibliothecae nationalis Parisinae codice lat. 11280; descripsit Kroeber, maximam partem Daremberg a. 1858.

Codicem Cantabrigiensem collegii S. Petri 2. 4. 6 priore loco (a fol. 1^r—144^v) glossarium continere ex pluribus glossariis collectum II praef. p. XLIV dixi. Exstant apud me excerpta uberrima a Gundermanno facta et litterae B plenum apographon: ex quo apparatu multas e multis locis conflatas esse glossas perspexi, saepe immanibus corruptelis depravatas, sed ita ut singuli fontes certe distingui non possint. Notabiliores sunt glossae nominum, de quibus l. s. s. disputavi; reliquae ex parte libro glossarum debentur, ex parte Paulo, Servio, Fulgentio, Hieronymo, Isidoro, denique glossariis cum eis quae in quarto et quinto volumine posuimus magis minusve cognatis. Iterum excerpta perulustranti mihi constitit longe plurima aut nota aut misero modo corrupta, certe inutilia esse.

Codex Carnotensis 90 saeculi IX/X praeter alia a folio 56—65 varia opuscula glossematica exhibet: 1) a fol. 56^r synonyma ad litterarum ordinem digesta ab *Explorare investigare specularē diligenter inquirere ad Vexat quassat dissipat corrumpit frangit dissolvit divellit detorquit delaniat*. Sequitur 2) glossariolum notissimum a *Poeta vates* incipiens, quibus alia subiunguntur ex parte sine certo ordine; 3) aliud glossarium ab *Aetria ethera id celestia* incipiens usque ad *Zepheri venti*, cui inconditae quaedam glossae et synonyma adiuncta sunt. Singula glossaria nullo interstitio distincta, glossae ipsae plerumque viles sunt; multae redeunt in libro glossarum. Certe indignae sunt quae edantur.

Codex Caroliruhensis notissimus CCXLVIII, de quo supra p. 221 sqq. verba fecimus, in fol. 40—62 glossarium continet tali modo inscriptum: *In chri nomen Incipiunt glose quod est congregatio sermonum De novo et vetus testamento Dō gracias Amen*. Quae secuntur glossae, tantum non omnes in glossariis quarti voluminis redeunt, sed ut cum nullo ad verbum conspirent. Glossas litterarum A et G transcripsit in meum usum Stalzer: ex quo apographo perspexi nihil ad eas glossas quas edidi ex his glossis accedere, quod scientiam nostram augere possit. Itaque illas glossas nolui ex schedis meis promere.

Codex Cassinensis 205 saeculi X/XI continet haec: 1) glossas notissimas novi et veteris testamenti in fol. 1—80; 2) in fol. 81—120 glossas *Abra ancilla sive liberta* usque ad *Valide multum per sin-copam*: in qua farragine multa sunt ad grammaticam et etymologiam pertinencia, multa ex Isidori Originibus hausta.

In codice Cassinensi 439 ut dicerem IV p. 104, 23 adnotatione de 'Lilibeo ex sacra scriptura' illatum esse locum, ridiculo errore factum est. Ibi enim haec leguntur: *Lilibeus caput montis de insula sicilia quod autem paulus dicit ad carulum sub pedibus uris et lilibeus eat non solum montem posuit set totam siciliam vel maria tota quasi dicat qui terrea calces et maria calces.*

Codex Cheltenhamensis Phillippsianus 279 saec. XIII glossarium continet hac inscriptione: *Incipit liber interpretationum hebraicorum nominum. An nubes. Aaron . . . Aazia.* In fol. I^r legitur: . . . *Abba pater. Huc usque beatus ieronimus. quę vero sequuntur a glosariis sumpta sunt; hebraica multa exstant, quibus latina admiscuntur: Alabastrum ut ait beda in lucam est genus e. q. s. Almities pulchritudo. Alemanni suevi a lemanno fluvio. Ascia ab astulis dicta quas de ligno eximit. Ascia dolatorium lapidum ut ait ieronimus in fine eptę ad getas. Ferentarius leviter armatus id est sagittis et fundis. Garbę mergetes i. manipuli e. q. s.* Vnde apparet etiam Placideas glossas in hac farragine exstare.

Codex Cheltenhamensis Phillippsianus 9485 saec. XIV glossarium habet incipiens ab *Abactus ab actu remotus unde latrones dñr abactores.* Ex excerptis Gundermanni cognovi ex Papia has glossas fluxisse immissis nonnullis ex aliis locis.

Codex Escorialensis ZII 2 (cf. Loewe-Hartel p. 152 sq.) in fol. 265^r—280^r a glossarium continet cum hac inscriptione: *incipit glossulam abtam ex libro iudico. A littera in omnibus gentibus ideo prior est litterarum pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem vainando aperiat; explicat: zelus indignatio vel ire.* Excerpta quae ex hoc libro reliquit Loewe ostendunt partem glossarum non minimam ex libro glossarum esse haustam, cuius reliquias ab excerptis Isidoreis non semper discerni possunt. Ad has accedunt vocabula recentiora velut *Dolo frude vel bauzia. Gardingus astvaldus regius vel comitis. Gillonariorum prepositus pincernarum idest butellarium. Marchas regni extremitates reg ad limitibus. Praeterea adfero haec: Artificis in hoc libro iudicis intelligere debes. Adsertorem mandatarium. Conludium ingenium. Clivum curvum pronum flexuosum quem vulgi vallera dicunt. Concinationem argumentationem quem vulgi dicitur bauzia. Conludium ingenium deceptio fraus. Curiales sensuales. Difficillimum impossibillimum. Finitatem proximitatem. Functionem oblias. Legis lator legis portitor sed in oc libro iudex intelli-*

gere debes. *Mediocrus* quod modicum illi sufficiat. *Mediocrus moderatus* a modo scilicet et temperamento dictus (cf. Isid. X 172 sq.). *Nolle nevelle*. *Nubercam matrastam*. *Numum aureum solidum aureum* quae est vulgi mancosum (= marca). *Orbita strada*. *Polipticis cartolariis*. *Saxas petras altas vel rochas*. *Seliqua media pars denarii idest medalia*. *Specula guardia*. Ex his apparet ex codice Escorialensi multa peti posse quae ad infimam latinitatem illustrandam utilia sint. Glossarium nescio an cohaereat cum eo quod praecedat in codice libro iuris (cf. illius inscriptionem libri: *Philippo Catholico Regi optimo maximo Iohannes Baptista Cardona hunc vetustissimum ac emendatissimum Gotthorum iudiciorum codicem dat ad regiae bibliothecae S. Laurentii usum tunc M. D. XXXV*). Scriptura ipsius codicis undecimi saeculi est. Cf. Ewald 'Neues Arch.' VI p. 282 sq.

Codex Escorialensis O III 31 saec. IX (cf. Loewe-Hartel p. 100) in fol. 122^v glossemata haec habet: *Pegma est quoddam in scenis machinamentum ferreum instar ratri dentati unde pulpitem terebrabatur videlicet ut superfusus sanguis hostiae in eodem scenae pulpito facilius per foramina acta pegmate defluens sacerdotem suppositum umectaret* (cf. Thes. gl. em.). *Cambio quasi flecto sicut in ippodromo de equis solet fieri. Optimates dicebant quando florebat res p. qui etia consules tuebantur et defendebant quasi optimi illorum*. *Vomex genus infirmitatis simile apostom cum excreatione pleno gutture ut imitetur vomentem*. *Teges quod tegat aliquid proprie agrestium tegmina quod sibi vel de sparto vel de iunco vel de canabo faciant sibi vestes*. *Cardiacus a corde dum ea aliquo timore aut dolore adficitur cor est igitur cordis passio cum formidabili metu* (cf. Isid. Orig. IV 6, 4). *Mechanicus peritus fabricae artis in metallis lignis lapidibus*. *Fiscus saccus publicus unde fiscellae et fiscinae hunc habent exactores et in eo mittunt debitum publicum quod regibus debetur* (Isid. Orig. XX 9, 7). *Tentigo tensio inmoderata cuius libet rei*.

Codex Florentinus Ashburnham. 27 saec. XI/XII post diversas quaestiunculas grammaticas in fol. 93^v—99^r glossarium exhibet, cuius apographon ipse confeci. Incipit sic: *Aethera paries (ies in ras.) celi superioris. Aetherium sensum celestem spiritum*; explicit in fol. 99^r: subinde sine ullo indicio novum glossarium sequitur in fol. 99^r—122^v ab *Amita soror patris* ad *Sudes pali acini*. *Sudes* (in fine paginae; reliqua desiderantur). Prius glossarium ex 'Affatim' excerptum esse videtur, posterius ex libro glossarum.

Codex Florentinus Laur. XVI 5 saec. XII in fol. 87^r—142^r glossarium trium linguarum hebraicae graecae latinae exhibet. Inter glossas latinas rariores exstant, e quibus inter alia has excerptit Loewe: *Aqualiculus ea pars ventris in quam aqua descendit*. *Araciuncula sulcus parvus*. *Ando perficio*. *Auricomus sol quasi aureas comas habens*. *Agrippa*

qui cum dolore nascitur. Aquilos species demonum qui in forma aquile apparent. Aruales fratres pueri qui pro arvis sacrificabant (cf. p. 206). Ambigna ovis gemellos pariens. Amiculum pallium lineum meretricum. Advecticium vinum longe adductum. Crustula panis tortus oleo conspersus. Columen sustentaculum. Consentes iovi consentanei. Consuales ludi ubi consulendo cnuatim ludebatur. Calabra curia in quam populus vocabatur. Evitabiliter honorabiliter pulchre. Elucubrationcula brevis sententia quae una candela scribitur. Fenestella bonus scriptor. Hinnibile quicquid hinmit i. equus. Horridulus tremens. Vinciturum vincturum. Vnguibus aureis fulgentibus. Vitulignes vitulamina dñe dñr inutilia virgulta quae radicę veteris arboris procedunt.

Cod. Hannoveranus IV 499: H. Meibomii jun. Liber glossematum, h. e. explicationes quorundam vocabulorum minus usitatorum c. indice. saec. XVII 229 folia. Ms. Meibom. No. 256. Hunc librum non vidi.

Codex bibliothecae Leidensis 67 F, de quo conferantur praeter ea quae Loewe Prodr. p. 170 sq. exposuit tomi IV praef. p. XIX sq., quinto loco exhibet glossarium cum hac inscriptione: **INCIPIVNT GLOSAE PROPRIETATVM.** Quod glossarium quale sit ut appareat maiorem seriem litterae A subicio: *Arma bellum id ē pugna. Albani patris albani senatoris. Aperit ostendit. Aternum vulnus antiqua indignatio. Argivum grecorum. Aequore mare vel planities. Ast ego advero ego. Aeoliam aeolia regis patria. Antrum caverna vel spelunca. Arce sede. Abdidit abscondit. Atris obscuris. Aether caelum. Adsidera adstillas. Aeacyde acillis. Aestus hic inundatio. Agger comulus. Avertice aseptetricone. Astillam ad vero illam. Audetes ausi estis. Adnixus elaborans. Acveluti quomodo si. Arrectis erectis. Aperto sereno. Aenede troiani. Adoras adfines. Atrum obscurum. Artus membra. Iam ex his apparet Vergilianarum glossarum largam copiam inesse; cetera quae adiecta sunt aut aliunde nota esse videntur aut trivialia. Itaque iure omitti potuerunt.*

Ex codicis Leidensis 191 (cf. IV praef. XVII) primo glossario excerpta quaedam propono, quae mihi apographon iterum perlustranti aliquam vim habere visa sunt: *Abiciatorium alphabetum. Apofereta vasa pomis apta. Cardo carneil. Exploditus exclusus. Filex felchirre. Fibula fical. Indicibilis inenarrabilis. Litescere latere. Nepos natus post. Nonna mulier deo sacrata. Prestrigium eo quod praestringat aciem oculorum. Privignus filiaster. Semisicium quasi medium gladium ad modum medie spate. Septicipitem septem capita habentem. Sambucus serruz (vel serrux). Scabro wituel. Trapedias mensas. Vlra alne. Vlnus elembota. Vipera genus serpentum nadre. Multa recentissimae latinitatis vestigia notabilia sunt.*

Codex Londinensis Harleianus 3376 saec. X glossarium conti-

net glossis saxonice ornatum, de quo disputavit Krumbacher Arch. l. l. I p. 150: ex eodem Wright et Wuelcker nonnullas glossas excerpterunt; cf. p. 192 sqq. Multa e libro glossarum repetita esse videntur, sed aliunde haud pauca accesserunt. Quid conferant hae glossae ad studia saxonica, alii exponunt; ad nostras quaestiones parum quod bonae frugis simul et novum sit exhibere certum puto.

Codex Londinensis Harleianus 3826 saec. X in fol. 150^r—167^v glossarium tenet ex multis fontibus haustum: primo in loco exstant '*Grammaticae artis nomina*', de quibus p. 102 dixi; secuntur glossae de domiciliis: *Proaula porta prima ab oriente e. q. s.* (cf. I p. 100); has excipiunt glossae sumptae ex Servio, Paulo, aliis locis (velut *Situs proprie dr lanugo vel mussa terre vel arboris et ponitur pro senectute teste sedulio rhetore grandevo consumpta situ prolemque negabat*); in fol. 161—164 leguntur glossae Iuvenalis, de quibus dixi in Friedlaenderi praef. Iuv. p. 109.

Cod. Londinensis Harleianus 1915 saec. XII inter 'interpretationes nominum in evangelio' inserit glossas mere latinas velut has: *Clibanus est ut ait cassiodorus cnei vasculi coquendis panibus deducta rotunditas que sub flammis ardet intrinsecus. Clamis pallium non consutum sed fibula infrenatum. Piscina dicitur per contrarium eo quod careat piscibus. sicut lucus eo quod minime luceat et bellum eo quod sit non bonum. Siliqua species leguminum in folliculis apta porcis.*

Codex Mediolanensis Ambrosianus C 72 inf. saec. XII inter alia exhibet glossariolum simile eorum de quibus I p. 100 disputavimus.

Codici l. Monacensi 4535 adhaeret fragmentum saeculi XII particulas litterae A exhibens, in quibus multae glossae Iuvenalis exstant, velut hae: <A>*bdomen abdominis est pinguedo. IUVENALIS. Placant abdomine porce.* Etiam Priscianus saepius testis adfertur multique loci ex sacra scriptura. Excerpsit nonnulla Loewe.

Codex l. Monacensis 14429, de quo et alibi et V p. XXIII diximus, in fol. 222^r—226^v glossarium exhibet modo ex Isidoro, modo ex Fulgentio, modo ex Hieronymo, modo aliunde haustum: sed non fuit cur glossas quarum maior pars aliunde nota est exprimendas curarem. Litterae B initium subicere placuit: *Bellona dea belli apud paganos. Bullis ubi fit farina vel granum vel aliquod necessarium. Bile felle. Badanola est lectus qui in itinere baiolatur. Bubo uvo* (s. scr. m. 3) *nomen avis. Blesus est qui cum sibilatione loquitur listé* (s. scr. alia m.). *Bacularius gustos boum. Baculare vas aeneum. Bracium* (malzi s. scr. alia m.) *materia cirvisę. Birsā cutis vel corium. Basterna cathedra ubi sedent mulieres super caballum. Barbata tybia. Bathoma sicla parva vel urna. Botherlicula stopha. Bracile cingulum brace. Balafum forma. Basiliscus*

grece. regulus latine e. q. s. Sub L est: *Lintrizo navigo*; sub M: *Magalis porcus sine testiculis*, alia id genus. Cf. Steinmeyer IV p. 175, Gundermann Mus. Rhen. 46 p. 489 sqq.

Fragmenta glossarii optimi (saec. VIII/IX et X) exstare in bibliotheca Monacensi, quo compluria glossaria eaque inter se litteris distincta in unum corpus coniuncta fuerunt, IV praef. p. XIII dixi: unde quae diligenter transcripta habeo cur non adsciverim ibidem exposui. Quae fragmenta iterum perlustravi, sed etiam nunc mihi persuasi me operam perditurum fuisse, si illas glossas edidissem: aliunde nota tantum non omnia. Aliud fragmentum saec. IX quod quondam in cod. 14725 fuit, ad litteras GHIK spectans, item fragmenta quinque schedularum (ms. Docen. R. K.) ad litteras F, G, H, P, S, T, V pertinentia saeculo VIII/IX scripta, cum glossas aliunde notas contineant, in schedis meis retineo.

Codex Mutinensis XVII H 16 saeculi X glossarium exhibet sub hac inscriptione: *GLOSAE LATINAE. Abdicat alienat. Abegit ventlavit. Avertit sparsit. Abero abscedam e. q. s.* Videntur hae glossae paene omnes ex libro glossarum detortae esse, ut ex littera A et aliis excerptis perspexi.

Codex Oxoniensis 'Barlov' 35 saec. XI glossarium continet sic incipiens: *Incipiunt scolica grecorum glossarum* (eadem inscriptio est in cod. Vaticano reg. Christ. 215; cf. p. 148 et 294). *Apodixen ostentio* (et s. scr. -i magica ars). *Apofrica deliramenta. Apolexia subita effusio sanguinis. Acan necessitas. Aporia talium anxietas. Apolus divinus* (scr. *Areolus d.*). *Apocalypsis revelatio. Ascopa vas hab similitudinem aratri* (a s. scr., repone utri). *Apologiticum satisfactionale* ... explicuit: *Zelotipus suspiciosus. Zema olla de qua bibitur.* Addo excerpta quaedam quae Henrico Nettleship praematura morte erepto et his meis studiis propenso debeo: *Archimagirus princeps coccorum. Angaria compulsio. Aqualiculus ventriculus aqua plenus ⁊ pinguedo super umbilicum.* Ex his et aliis quae proponere nolo perspexisse mihi videor glossas has esse recentioris originis, ad res christianas potissimum spectare, in multis consentire cum glossis notioribus, omnino indignas esse quibus maiorem diligentiam adhibeamus.

Codex Oxoniensis Bodl. Addit. C 144 saec. XI in fol. 155^r—167^r glossarium continet incipiens sic: *Abditum absconditum. Abstrusum remotum latere absconditum. Abnegat inficiatur plus quam negat. Abluit lavit detersit. Abluere penetrare tollere dilere obliviscere vel neglegere.* Pertinet usque ad *Induperator imperator. Indubiis pax bello manentem idem inevallum. Indubie indumenta. Inenodabile quod solvi non potest. Inest in eo est vel iunctum est.* Reliquae litterae deficiunt. Cf. A. Napier 'Archiv f. d. Stud. d. n. Spr.' LXXXV (1890) p. 309—316. Has glossas in

universum sat prope accedere ad glossas Abavus plenioris memoriae Napierio concedendum erit; quo simul demonstratur inutiles eas esse.

Codex Oxoniensis collegii Iesu 26 saec. XII in folio 203 glossas graecolatinas continet, quibus hebraicae interpositae sunt Incipit: *Filare grē servare e. q. s. Coragium carmen vel sonus chori. Opicin grē diminuerē. Proseuca t capenna tegimentum pauperum ponitur et pro p̄cibus. Cichlō rotundum. inde ciclas vestis muliebris et rotunda. Suppar vel suparum vel subucula interior tunica .i. camisia. Dextrocherium ornamentum dextrae. Lomentum est savo. Stragulum genus est vestis varię. Periscelides impedimenta crurum puellarum .i. boie. Zetos gēe calor inde zete estivales. britisce verse ad septentrionem hiemales ad meridiem. Peripsema purgamentum pomi proprie. Lucubrationcula vigiliola. Explicit in fol. 204^v: *Fiscus unde dr̄ fiscina et fiscella. saccus est publicus quem et dñs in terra habuit. ipsi sunt oculi inde commisit* (cf. Isid. XX 9, 7). Etiam alia vestigia Isidori insunt; sed pleraque apud hunc non inveniuntur, immo ad Hieronymum pertinere videntur.*

Cod. Parisinum lat. 4409 saec. IX in fol. 120^v—124^r A glossarium continere illud ex quo excerpta quaedam exhibuimus tom. V p. 547 huius tomi p. 147 diximus. Incipit sic: *In nomine sc̄ae et individuae trinitatis inm̄se incip̄ glose litterarum trium linguarum compositae. Latina hebraea et greca. Adfectat captat temptat. Appetit occupatur (= auc.). Adolere incendere. Adeptus adsecutus adquisivit. Ademptis tultis. Abluti mundati. Admitti adsumi* (quae secuntur excerpta sunt) *Edulus currus qui carrucas habet* (cf. Aedilis currus). *Infalso non falso. Manipularis portitores. Pompeius fuit rex romanorum. cui successit iulius cesar. Prolatat procrastinat defert. Satagimus innotescimus. Solidasti firmasti. Sira vetura. Tutamentum firmamentum. Vltio vindicta. Viget pullulat. Vegetati confortati sive vivificati. Violare inquinare vitiare. Violentia per vim expulsio. Vbique in omni loco. Notabilia pauca insunt, sed pleraque aliunde non nota. Idem vel certe simillimum glossarium est in cod. Vaticano reg. Christinae 1048 saec. X in fol. 224^v—227^v quod sic incipit (post eandem inscriptionem): *Adfectat captat temptat. Appetit occupatur. Adolere intendere. Adorire incipere. Adeptus adsecutus.**

Codex Parisinus lat. 5009 saec. XII/XIII in fol. 20^v A—23^r A fragmentum glossarii graecolatini continet ab *Anelitus nobilis gloriosus. nam cliton grece gloriosum dictum. Iris arcus celestis et sic porro per litteras I, L, M, N, O, P, S, T usque ad Zefirus grece faonium ventum dicimus latine quod flores et gemme suo flatu vivificentur. Notabilia haec sunt: Monodia unius cantio idest suicinium (= solicinium?). Melicata mulsa. Obsonium male sonans (!). Peripsema purgamenta, si tanti est talia notare. Longe plurima ex Isidoro, alia ex libro glossarum ex-*

plicari possunt: cum glossis, quae incipiunt ab *abscida lucida* (III p 487sq.) paucula quaedam communia sunt. Cetera quae insunt (velut *Etimologie nominum domus thome* in fol. 123^a, *glose totius bibliothecae veteris et novi testamenti*, metricae et grammaticae quaestiones) ad nostra studia minus pertinent.

Codex Parisinus lat. 5301 saec. X in fol. 327^v glossas continet manu saeculi XII excerptas ex glossariolo illo, cuius exemplar est in cod. Parisino 7530 (cf. I p. 102). Quod ita esse ex his glossis discas: *Poeticus liber vel cantus. Poema unius libri opus. Poesis opus multorum librorum. Edilion paucorum versuum. Disticon duorum versuum.* In fine legitur: *Incipit expositio bede prebsci*, ex qua haec exscribo: *Cesius lenticulosus vel tricatus a cesuris dictus, Pilax vel murilegulus vel muriceps. catus. sternitium latrina.*

Codex Parisinus lat. 5600 saec. X/XI in fol. 91^v—93^r fragmentum glossarii continet ad litteram R spectans, unde haec enoto: *Resultant reclamant resonant, Rimatur scrutatur runditur* (cf. V 144, 12 *scrutatur aut finditur*), *Rues ruina, Ruspere requirere, Retanda purganda* e. q. s. Aliunde nota sunt omnia.

Codicem Parisinum 7690 continere glossariolum ab *Aptet vos* incipiens IV praef. p. XXI dixi. Quod glossariolum multa communia habere cum primo glossario Amploniano velut haec series a qua incipit docet: *Aptet vos impleat vos. Aptemus adiungamus. Abba pater syrum est. Astarathim idolum sidoniorum. Abegiata involuta. Aboliri oblivisci. Abicte appelle. Abrixium splendor auri. Absidas edificia laris* e. q. s. Sed materies non unius modi est; etiam aliunde multa addita sunt, velut ex botanicis glossis et ex glossis *Abstrusa*. Vnde saepe fit ut eadem glossa iterum redeat. Multa graeca vocabula insunt. Vltima glossa est: *Fas licentia rationabile iustum*. Cetera videntur periisse; nam nullum finis indicium est. Omnino non fuit cur has glossas typis exprimendas curaremus.

Codicem Parisinum lat. 8048 saec. XII glossas continere quae ab *Abactus* incipiunt p. 188 monui. Vt plane appareat qualis huius glossarii ratio sit, ex exemplari Parisino pauca delibanda esse censui. Glossarium exstat in fol. 90^r—115^r. Incipit sic: *Abactus ab actu remotus. Abaso infirma domus. Abavus proavi pater. Abdico exterro elimino repudio. Abdo oculo abscondo. Abduco rem inhonestam duco vel furor. Abenae retinacula. Abiecto diffamo vitam minuo. Abigeus pecuniae aliene abductor. Abiysus profunditas aquarum. Abiuratio rei condite negatio. Ablactatus a lacte ablatus . . . Altiboans altisonans . . . Alnus aleri . . . Albugo fli . . . Alerius nutritor . . . Albeus trog . . . Almicies pulchritudo — Andeda brantrida* (cf. *Andena* in Thesaurο gl.) . . . *Anas anud anatando*

dicta . . . Ardalio secundum remigium glutto vel nomen fluminis . . . Asiria (cf. *Asisua*) *fovea deceptionis animalium* e. q. s. Ex quibus exemplis apparet fundamentum esse glossarium quale est apud Papiam, adiecta esse haud pauca ex primo glossario Amploniano, item ex glossis nominum, sed pessime habita omnia, modo contracta et corrupta, modo licenter mutata, fere semper in substantivis nominativo, in verbis prima praesentis persona positis, omnino in eam formam redacta, ut improbabile sit quicquam boni ex hac farragine desumi posse, quod non aliunde notum sit; quae nota non sunt verendum est ne fallant, si quem alliciunt.

Codex Parisinus 8751 C saec. XIV in fol. 32^r—69^r derivationes exhibet ex litteris B—M. Incipit: *et hoc anteblium .i. pignus . . . Blateu . . . Barrus. ri. .i. elephans. unde hic barritus. tus. tui. .i. vox elephantis. hinc etiam dicitur barbitum. ti. cuiusdam organi genus ex ossibus elephantis factum. unde claudianus. tersichore facilem lascivo pollice movit barbiton. et in marciano. Sencio barbito aureaque scheli personare. Vnde apparet petita esse haec ex Osberni Panormia. id quod etiam excerpta ex reliquis litteris confirmant.*

De codicibus Parisinis nov. acquis. 1296 et 1297 saec. XII paucis praef. IV p. XXXVIII dixi. Quorum materia triplex est: pro fundamento sunt glossae Abavus plenioris memoriae; his accedunt multa nomina sacra quae ad Hieronymum revocanda sunt; tertia pars ex libro quodam eiusdem generis provenit cuius est glossarium Parisinum nov. acquis. 1298, quode praef. V p. XI disputavimus. Is enim codex altero loco inter alia glossas haud indoctas habet scriptorum locis notabiles, easdem quae etiam in magnum librum glossarum aditum invenerunt, ex quibus pars aliqua etiam in glossaria librorum 1296. 1297 intravit. Exempli affero ex littera N haec: *Nais navis sive genus erbe. vīrg tibi candida nais pallentes violas; Nec tam versos equos tiria sol iungit ab urbe* e. q. s.; *Nemeus mons in quo erculis leonem occidit. vīrg. et vastum Nemeae sub sepe leonem.* Quod cum ita sit, me merito libros 1296 et 1297 in corpore condendo neglexisse existimo. Nam quibus haec recensio glossarum abavus abundat glossis, easdem aut ex libro glossarum aut ex eodem et cod. 1298 novimus (scil. a litteris F ad T).

Codicis Pragensis XIII F II involucrum fragmentum continere glossarii decimi saeculi vel undecimi ineuntis visigothicis litteris, non langobardicis (ut Truhlar̃, catalog. codd. manuscr. lat. II p. 2352 dicit) exaratum continere mihi P. Lehmann benigne indicavit. Idem mihi unam paginam phototypice depictam transmisit eiusdemque paginae apographon scripsitque rectissime pertinere fragmentum ad glossarium cum Paris. nov. acquisit. 1298 ex Hispania oriundo affinitate coniunctum.

Quod ita se habere huic seriei credes: *obtatum desideratum, obtatius obtabilius, obtata arena non quod affrica venire obtaverunt sed quia navigantes quacumque terra videre exobtant, obture eligere, obtare concludere quoniam nove urbes tauro et vacce a consule sulco circumduci solent* e. q. s., quibuscum commode conferentur V p. 124, 32 sqq. In libro glossarum glossae tertiae nota adscripta est *uirgili*, quinta in serie glossarum *de gl.* notae submissarum traditur.

Codex Romanus Vaticanus lat. 6925 saeculi X a folio 1—56 glossarium continet sic incipiens: *A prima littera eo quod nuscentibus vocem apperiat et in omnibus litteris primatum teneat. Abba pater. Abavus tritavi id avus. Abacta immolata. Abiget minat expellit repellit. Abactus ab actu remotus. Abantes mortui quod greci elibantes appellant. Aptant distant. Abissus profundum ad Venerandum honorandum. Venerat adorat honorat precat colit.* Sequitur in duodem foliis glossarium ab *Aptet vos* incipiens (de quo cf. p. 304), quod exit in *Zizania lolium. Zarda abalienatus.* Excipiunt Pseudodositheana: cf. III p. XXVIII.

Codex Romanus bibliothecae Vallicellianae B 63 miscellaneus inter alia has glossas manu saeculi X/XI scriptas habet: *Nuriocius cuius uxor adultera est et ipse tacet. Nundinatio mercatio . . . Pelica concubina . . . Egones sacerdotes rusticorum . . . Nupta ossa olivarum. Pullictores pullum nigrum est et qui mortuos sepeliunt. Pollicendus promittendus.* Post aliquot folia iterum glossae exstant, e quibus has excerpo: *Ludibrium .i. dilexionem. Privinna .i. filiastra. Lustrationes .i. circumdationes et infra Confuscat .i. commaculat. Victricus .i. putrinus. Sobrineue .i. consobrine.*

E Romanis codicibus notae sunt glossae Petronianae, h. e. 'coluvies glossarum e Gellii, Isidori, Hieronymi ecclesiasticorum scriptorum lectione nata' (cf. Loewe Prodr. p. 164, Buecheler Petronii praef. p. XII), in quibus excitantur Plautus, Vergilius, Martialis, Cicero; editae sunt a Carolo Beck Cantabrigiae (Americae) a. 1860 (cf. Reifferscheid Mus. Rhen. t. XVI a. 1861 p. 1 sqq.), et iterum e cod. Vaticano Vrb. 452 in Appendice operum Maianorum (a. 1871) p. 68—70; etiam in codice Vaticano 1493 saec. XV in fol. 5 sqq. exstant teste Keilio Mus. Rhen. V p. 318. Ex codice Vrbinate editae sunt a Maio reliquiae quaedam sub titulo 'Imogontes de vetustis vocabulis': sed ordine a Maio mutato et glossis coniectura mutatis. Huic farragini, ne in mari aquam quaerere videar, maiorem operam navare nolui; pleraque aliunde nota; alia recentioris aetatis sunt.

Codex Sangallensis 908 (cf. Scherrereri catal. p. 324; praef. IV p. XXVI) praeter glossas *Auctus* et *Ab absens* quattuor glossaria continet quae non edidimus. Quorum primum glossarii nescio cuius partem

posteriorem ab *Inpendit sive vindicta* usque ad *Zuna cingulum* exhibet: ex quo haec ut notabiliora excerptis satis habeo:

*Inquies inquietus. Inurium iniuria vel contra nos vel contra alios infer-
tur. Incebrabile desertum. Luetis solvetis. Levibus limpidis. Labitur lubri-
cat. Lux alma lux candida. Limine primo primo uesteo. Laetus umerum valedas
sapulus (= scapulas). Limbo limbello. Laurentini itali. Locum opacum
umbrosum nemus. Lampade hic luce. Levo limite sinistro oste. Levi susuro lavi
mormore. Liquidi distillatici. Licit hic possibile est. Lues mortalitas. Lym-
bus navis piratica. Manet fixum est. Mirabili visu dolendu visione. Massili-
que ruunt asiani festinant. Moliri hic conari. Mammae tittinae. Martem in-
domitum pugnam implicabile invictam. Mala gramina veninatis herbis. Misera-
bile vulgus dolendum populum. Mandarat hic commendaverat. Malis hic maxil-
lis. Maea figite dicta mens (?) commendate sermonis. Momentaneorum ad recor-
dationem meam. Metam hic iaculum. Monte sub alto monte excelso. Moenia
regis regiam civitatem. Mille rapit populum multa agmina ducit. Mutatu sidere
mutatu anno. Marsus hic umbrus. Nemus silva. Nullo discrimine nulla sepa-
rationū. Nymbo hic nubis cum tempestat. Non adeo status fui non adeo versa-
tus aut instructus. Naca fullo. Ninguidus candidus. Nectando cilia movendo.
Oppetire mori. Ora reserante dentes ostentem. Ope barbarica facultates vel vires
gentium. Occidit hic prode est. Profundum altum. Patrum hic parentum. Pascit
hic confortat. Pentes eleam regina ipsarum. Precipitat hic claudit. Pelago re-
menso mare navigato. Picturatas aureas vestes. Pingui solo infusam terram.
Potens armis validus pugnatur. Portus averni ingressus infernorum. Pectene hic
plectro. Pulerrima prole gratissima posteritas. Philippi genus hominum (num-
mum). Quippe utique. Quorum moenia quorum civitate. Qua facere quomodo
facere. Quae fidutiam apto que auctoritas capto. Quam te violem quam te per-
dam. Que fixa reliquid que constituta sive collocanta reliquid. Quid diversus ab
eis qua re alia parte valis. Qui orion quod etiam rustici falcem vocant quiorion
dicitur. Quo tendere pergant ubi festinant ambulare. Quam vellent quantum vel-
lent. Quod simea nomīn s magna quod si mea potestas grandis non est. Quid
causas petis ex alto quid mede longe circa mea. Qui incolas scolasticus habet.
Quod superest quod restat. Rippi uolenti. Remis insurgimus remis arrepuimus.
Retexit orbem dico eperuit mundum. Romanas arcas hic pontentiam sive regnum
Siculae siciliensis. Sine numine sine potestate Stagna optata revisunt aquas desi-
dera vident. Stupefactus nomine praesit tantam vaticinationem rei praedictae
stupuit. Tellurus terrae Tu ne cede mali noli terreri stimulis. Tenebrosa palus
stigia hoc est infernalis. Vnius ob noxiam unius culpam. Vna salus una sanitas.
Vbi sistere dicitur ubi requies permittatur. Vela cadunt vela derumpunt. Vrbis
opus civitatis instar. Vesigia fixit gressus contēn. Vdae hic salivosae. Velle
ludere vellem scribere.*

Fundamentum glossarii idem est ex quo in glossas affatim et Amplonianum secundum multa traducta sunt. Omnino longe plurimae glossae eadem vel similes in Thesauro glossarum inveniuntur. Adiectae sunt multae glossae Vergilianae, quarum haud paucas excerpti.

Has glossas quod excipit glossariolum ab *Amoenum fertile iocundum* incipiens (in pag. 137—174), eiusdem initium ex codice Pragensi

(bibl. Lobkowitzianae) saec. IX enotavit Steinmeyer IV p. 603 cum mira hac inscriptione: INCIPIT GLOSE SENECE. Ex eis glossis quas attulit Steinmeyer apparet Sangallenses glossas exstare in Pragensi libro, sed auctas aliquot aliunde notis. Simile glossarium exhibet codex Romanus bibliothecae Vallicellianae C37 saec. X in fol. 165—173, quod sic incipit: *Amoenum fertile iocundum. Altaria are. Adeptus assecutus. Adipiscitur adsequitur invenitur. Ambiguum dubium incertum instabile* et sic explicit: *Vltro sponte. Ziferi venti. Zelum invidia Zona cyngulum*. Ex his et aliis quae Loewe reliquit excerptis multa cum codice Sangallensi conspirare vidi, sed etiam alia inesse quae in Sangallensi desunt. Eiusdem glossarii fragmentum continet codex Vindobonensis 89 (de quo cf. IV p. XXXVII) decimo loco (in fol. 191) sic inscriptum: *Incipiunt glosae iuxta Vergilium*. Prima glossa est: *Amoenum fertile iocundum*, et haec ultima: *Borcas ventus* (prima glossa litterae B). Ab eadem glossa a qua Sangallensis etiam codicis Bernensis 258 incipit glossarium undecimum, de quo Loewe Prodr. p. 150 paucis egit; sed praeter primam glossam non ita multa inveni quae conferri possint. Non magis huc spectat codicis Bernensis 224 glossarium, cuius initium est: *Amoenum iocundum*. Glossas Sangallenses cum Thesauris glossarum emendatarum contuli: nota sunt tantum non omnia. Haud paucae glossae magis minusve conspirant cum glossario quod modo tractavi (*Inpendit*): velut quae in illo sunt: *Pauculus paucissimus. Penetrat intrat inrumpit*, pro eis glossae 'Amoenum' habent: *Penetrat paucissimos*. Ex his apparet glossas 'Inpendit' glossis 'Amoenum' nonnulla dedisse. Omnino has glossas, quarum multae ad Vergilium spectant, ut ederem a me impetrare non potui.

Tertium eiusdem codicis glossarium ab *Arbiter iudex* incipit (p. 228—280). Apographon quod penes me est perlustrans non inveni quod ad Thesaurum glossarum confidenter adderem. Superest '*expositio sermonum scolasticorum*' p. 175—228, quae ab *Adipiscitur obtinet* initium capit. Glossam Scaligeri quae est *Affostrata reditus* talis est in hoc glossario: *Asustrata reditus*. Quos sermones scholasticos scriptor dicat nescio: at constare opinor novi nihil hinc peti posse, quippe quae in multis velut cum glossis 'affatim' conveniant. Itaque ne has quidem reliquias Corpori glossarum inseruimus.

Fragmentum glossarii Zwiccaviensis inveni in apographo a Loewio relicto ad litteram P spectans. Glossae fere omnes in libro glossarum leguntur. Rariora mihi non occurrerunt.